ad illud extrinsecum ad quod antea non terminabatur. Et quidem licet tunc utraq[ue] esset entitative praesens scilicet scientia et terminatio, non tamen esset utraq[ue] intrinseca in Deo; non videtur autem facilius, quod terminatio illa, quae esset omnino extra Deum, moveret immediate ipsum ad loquendum de illo obiecto, et ad amandum illud, quam quod terminatio, quae non est entitative praesens, posset ad hanc omnia Deum movere; ergo sicut tunc illa terminatio esset aequivalenter intrinseca, quia propter infinitatem Dei, non minus posset Deus moveri ex illa terminatione ad loquendum etc., quam si esset realiter intrinseca; ita propter eandem infinitatem Dei pressumus intelligere, quod terminatio, quae non est entitative praesens, sed solam aequivalenter, conducat ad eosdem effectus, non minus, quam si esset entitative praesens.

Hinc etiam inserunt, idem posse etiam intelligi de terminacione ad obiectum solum conditionale futurum: nam licet illa terminatio non distinguatur ab ipsa intentione conditionata obiecti, et haec non sit aliquid praesens, nec absolute futurum, sed so-

divinae libertatis seu determinatio intrinseca actualis ad hoc obiectum intra ipsum Deum, sive haec appelletur habitu[m], sive terminatio, sive extensio divinae voluntatis ad obiectum creatum, nam his neminius frequenter utinatur Theologii: hanc ergo sive extensionem, sive habitudinem, sive terminationem antiquiores Theologi, excepto Aureolo, omnes videntur vel supposuisse vel docuisse esse intrinseram Deo et liberam, non tamen omnes concedebant aliquid esse in Deo, quod putauit non esse in Deo, quia nonnulli accepiebant aliquid esse in Deo, quod putauit non esse in Deo, quia nonnulli accepiebant by aliquid proprie et striete pro entitate reali, illam autem extensionem nollebat appellare aliquid, sed aliqualiter⁴⁴; in quo sensu dixit Hugo Victorinus⁴⁵, lib. 1. de Sacramentis p. 1. c. 16, si futura non fuissent, non

44. Ad eis patrum SALAS I, c. n. 109, ist. 6:5: "Ad argu. R. illum modum responsum esse quicq[ue] increatum, late loquendo dicit quod; nam proprius pars modus non est aliquid, sed aliqualiter; et illa modus identicus, et formaliter formalitate reali est Deus, non carnem formalitate rationis..."

45. MT. 176 col. 212: "Non idcirco minus aliquid in Creatore fuisse, si praescientia eorum quae non esset futura non fuisse, quia ipsa quae praescientia est scientia fuisse, etiam si praescientia non fuisse quoniam futurum aliquid non fuisse".

lum conditionate, [P. 308] potest tamen esse aequivalenter praesens absolute, hoc est, non minus conducere nunc, quam si esset aliquid absolutum, et praesens: nam re vera id, quod est absolute futurum, non habet nunc plus entitatis, quam id, quod solum est futurum sub conditione; ergo sicut illud potest nunc esse aequivalenter praesens, sic et istud; quod confirmari potest rursus

idecirco minus aliquid in creatore fuisset, quia scientia maneret, licet non praescientia. Ecce ex una parte concedit, nunc Deum aliqualiter se habere intrinsece, qualiter non se habere tunc, in quantum nunc habet prescientiam quam tunc haberet. Alii autem quia magis confidentes loquebantur et illas voces *aliquid* et *quid* latius sumebant, non verebantur id concedere. Item nonnulli appellabant illam habitudinem contingentem, significantes ipsam sub tali ratione potuisse esse et non esse, quomodo loquitur *Scotus*⁴⁶ in I. dist. 39. q. 1. quam impugnat Caietanus et Thomistae communiter in praesenti, quia contingentia videtur sonare mutabilitatem. Sed Scotum excusat *Vásquez*⁴⁷ I. p. disp. 79 [c. 3] n. 15; *Valentia*⁴⁸ vero ex alio capite reprobat illum modum loquendi in praes. puncto 4. quia scilicet contingentia denotat imperfectionem in re, vel causa quae contingens dicitur, quasi indigeat ope alicuius superioris concursus determinantis et adiuvantis ipsam, removentisque impedimenta; quare iudicat eam habitudinem vocari liberam, quo vocabulo solum significatur indifferentia sine imperfectione, non vero contingentia. Sed quoad hoc quaestio [Fd. 63] est de nomine, ut docet *Suárez*⁴⁹ disp. 30. meaphys. secte. 16! placet tamen illa cautela ut minus sit periculum errandi.

Ad rem tamen ipsam accedendo haec sententia valde diversa est a sententia Caietani, ut fatetur *s.º secte. 7. n.º 19*⁵⁰ et constat ex dictis cum non ponat in Deo additionem realem alicuius perfectionis, quod eum divina simplicitate stare non potest, ut vidiimus. Item non ponit divinam voluntatem perfici ex eo quod ex-

46. *Commentaria* *Q. de An.* ad IP. *liberar. Sententiarum* n. 1. Quaer. 1172. p. 1222.

47. P. 451.

48. *Commentationem Theologique ex P. Tomi quartae. Terres Froides* Ingolstadtii 1501, q. 19. punct. 4. c. 416.

49. N. 43. p. 141.

50. P. 71.

exempli negationis praesentis, quam quidem nein negavit cognosci posse a Deo, nam sicut Cicero concedebat. Deum posse cognoscere res praesentes, ita concedebat, cognosca ab ipso negationes praesentes (?); ergo sicut terminaretur cognitione Divina per ipsam negationem, quae irritative nihil esset, aequivalenter tamen esset aliquid positivum, quia non minus determinaret inten-

tendantur ad voluntas creaturas, ita ut intensive vel extensive sit perfectior quam si eas non vellit, quo etiam capite Calotum sententia felicitabatur. Utrumque autem reficiendum est et dicendum haec extensionem et habitudinem ex primis non esse aliquid realiter vel ex natura rei superadiblum essentiae divinae, sed ipsammet essentia realiter loquendo, quae non ita perfectur per eiusdem extensionem, ut non esset tempore acie perfecta. Sicut non vellit ullam creaturam prædixeret, quodque ratione posset defendi et responderi ad argumenta contraria breviter indicationibus ex his que antiqui Theologi de hac et tradiderunt, nostrum interim iudicium de re tota suspendentes.

SECTIO 5.^a

Proponuntur et solvantur difficultates in contradictione.

Prima ergo et præcipua difficultas est, quia illa habitude seu terminatio intrinsecus ad creaturas est libertas; ergo potuit non esse in Deo; ergo distinguitur ab essentia Dei quae est necessaria et non potuit non esse in Deo, necessarium enim et libetum non possunt eidem entitati competere. Pro Ihesu difficultatis solutione libet praemittre verba Augustini²¹ de Incarnatione c. 6. ubi de simili in Trinitatis mysterio sic agit: si necat trinum de uno dicti posse, sicut nos in his tribus personis et uno Deo fatemur, omniam hoc in aliis reluis non videt, ne me in Deo intelligere valet, sustinebat paulisper aliquid eundem oīus fotollectus penetrari non possit. In

^a M. 118. col. 102. "At si non est trius dicti posse de uno, et unum de tribus; et trius non dicuntur de invicem: sicut in his tripli existunt et uno Deo faciunt unitatem, nec in aliis rebus non videbatur in Deo intellectu validi sufficienter omnibus aliis modis intelligens eum, remansit non possit esse in Deo, non est enim iper unitum quae sunt omnia est. Ihesus ab eoque trius locis et membris et membris membris unitum est. Iesu quae Deo sunt tripli, claudentes eum, quodcumque non frumentum, sed regis alij enim ex illa esse quod in istis non posset, et impinguat antropitali Christiani, non disputat contra illum".

collectum Divinum ad sui cognitionem, et non minus terminaret ipsam scientiam Divinam et moveret immediate ad loquendum de ipsa negatione ad amandum, gaudescere, etc., quam si esset aliquid positivum; ita res sub conditione futura, quae non habet plus entitatis, quam negatio praesens, poterit nunc movere ad loquendum, et ad alia, sicut si haberet esse absolutum, et praesens.

Deo esse, neque comparat naturam quae super omnia est libera ab iuri legi et loci et temporis et [Fol. 63v] compositionis rebus aliis, et credat aliquid in eis esse quod in aliis esse nequeat. Haec Anselmus, quae merito ad nostrum propositum in simili omnino causa posset aliquis usurpari, atque adeo simili, ut ex consideratione libertatis divinae voluntatis non parum videatur iuvare posse mens nostra ad credendum mysterium Trinitatis, videtur quippe in ipsa divina libertate, quam solo naturali lumine docti fateri cogimur, quonodo Deus sit liber et simplex, quid minum: si in Trinitatis mysterio quel naturale lumen concino superat et sola fide creditur, non possit capi, quonodo Trinitas realis personarum cum simplicitate cohaerent deitatis. Hoc ergo possumus velleamus quo modo possint hic servire solutiones quibus Theologi utantur ad defendendam unitatem esse ut fac cum personis realiter distinctis identificatae.

Ad argumentum ergo reactetur primum antecedens et distinguuntur consequens. Potuit illa habitudo non esse in Deo secundum illud precise quod addit ratione distinctum supra essentiam Dei, concedo. Potuit non esse simpliciter, si sursumtur secundum totam suam entitatem realiter, nego: cum non esse simpliciter, cum sit prepositio negativa, nequivale universali et significat nullo modo esse; hoc autem est falsum: quia cum haec habitudo complete sumpta nullo modo esse, est dicere quod potuit non esse realiter seu nullum esse habere, quod falsum est, quia licet Deus non posset creare mundum, habitudo tamen nomine ad mundum haberet aliquid esse, quod nunc habet: quia licet non haberet illud esse ratione distinctum habitus liberac ad mundum, haberet tamen esse essentiae divinae, quod nunc etiam Deus habet. Eadem ergo entitas realiter nunc est necessaria et libera ratione tantum nostra est libera quoad unam formalitatem, et est necessaria quoad aliam.

et denique, sicut res sub conditione futura potest nunc determinare intellectum Divinum ad sui cognitionem, non minus, quam si esset praesens, et in hoc sensu est nequivalenter praesens, ita poterit terminare scientiam Divinam: et per illam terminacionem, quae soluè habet entitatem futuram sub conditione, poterit nunc moveare ad huiusmodum, amandum, etc., non minus quam si esset praesens.

Similis est solutio ad similem objectionem in materia de Trinitate ut probetur distinctio personarum ab essentia: essentia communicatur; ergo distinguitur a paternitate quae non communicatur, nam communicatum et non communicatum non possunt competere eidem enti libero. Respondetur [Fol. 64] communiter totam illam entitatem communicari non totaliter, sed inadaequale ratione essentiae et totam illam entitatem esse incommunicatum non totaliter, sed ratione paternitatis: quare eamdem entitatem esse communicatam et incommunicatam; realiter tamen loquendo non posset dici haec entitas nullo modo communicari, quia negatio applicata subiecto singulari ijs habet negandi distributive rem de subiecto secundum quamlibet rationem; quare in sensu reali falsum esset dicere illam entitatem completam paternitatis nullo modo communicari; cum vero dicitur, paternitas non communicatur, loquitur in sensu formalis de paternitate prout distinguuntur ab essentia. Haec est solutio covenientis ut constat ex *Arrubal*⁵² in libro q. 28. disp. 102. c. 2. quam sub iisdem terminis videmur posse in praesenti usurpari.

Instatibz 2. Liberum simpliciter est quod potest simpliciter non esse; sed illa habitudo ad creaturas est simpliciter; ergo potest simpliciter non esse. necessarium autem est quod non potest simpliciter non esse; ergo eadem entitas non potest esse in se libera et necessaria. Simile arguitur et in materia de Trinitate, productum simpliciter est, quod accipit esse ab aliquo principio, et improductum simpliciter quod non accipit esse a principio. Sed essentia divina est improducta simpliciter; ergo non accipit esse ab aliquo principio; sed filiatione est producta simpliciter; er-

52. *Commentariorum ac Disputationum in primam partem D. Thomae Turris Secundae (Muticij 1622)*, q. 28. d. 102. c. 2. n. 18, p. 67.

Veniamus nunc ad tertiam impugnationem illius sententiae desumptam ex difficultate inveniendi semper [P. 309] aliquam

go accipit esse ab aliquo principio; ergo eadem entitas non potest esse essentia et filatio. quia non potest esse producta et non producta.

Respondetur utroque distinguendo: liberum simpliciter est quod potest simpliciter non esse totaliter, nego; quod potest non esse inadaequate quicad aliquam habitudinem, concedo; sicut etiam improductum non est solum quod nullo modo accipit esse, sed quod saltem inadaequate non accipit esse; ergo eadem entitas est necessaria et libera; sed neutrum totaliter. Sicut eadem entitas est producta et improducta licet non totaliter; in ille re cedit solutio, qui utinam alii in materia de Trinitate ad similia concedendo posse in Dei ratione suac infinitatis verificari praedicata contradictione de eadens re secundum diversas formalitates, idemque [Fol. 64v] posse dixi. Pater generat, essentia non generat, licet Pater sit ictu realiter cum essentia, quae solutio licet in re idem forte intendat quicq[ue] procedens, eam tamen reicit Arrubal⁹ ubi s.^a; sed revera non videtur differre quicad solutio niam a prima et quantum valuerit ad illam materiali tantu[m] valebit ad nostram.

Justificatio 3. In Trinitate nubiquam trahit aliqui formalitati divinae aliquod praedictum re'se regnans illi, ut vero in nostro caso trahit uni formalitati divinae aliquod praedictum regnans Deo, scilicet posse non esse, quod est proprium creaturae, quae de se est indiferens ut sit vel non sit. Respondetur ex dictis r[es]cnulla formalitate divina posse dici quod complete sumpta realiter non sit, vel quod possit realiter non esse, sed quod possit non esse adaequate et totaliter, seu quod possit proprie ratione distincta non esse; haec autem non est imperfectio propria creaturae, quod enim est proprium Dei et omnium quae reperiuntur in Deo, si complete sumuntur est necessitas ad essendum, non autem necessitas ad essendum adaequate; haec namque esset imperfectio, quia excluderet libertatem, illa autem necessitas est perfectio quae non excludit libertatem, qualis est necessitas ad

varietatem ex parte obiecti, quoties intelligimus diversam voluntatem liberam in Deo, cui difficultati non videtur posse occurri;

essendum, sed non ad essendum arqueante; illa ergo habitudo ad mundum, quia divina est, habet quidem si complete sumptu necessitatem ad essendum, quia fieri non potest, quod totum suum esse totaliter dresset, alioquin decesset deitas. quae est etiam esse illius habitudinis; quod autem illa prout ratione distinguitur non sit, hoc non est simpliciter non esse, sed non esse secundum quid. Ad quod etiam habemus aliquodd exemplum in Trinitate, nam relatio prout condistincta ab essentia non est sapientia, et licet in creatis sit magna imperfectio non esse sapientem, non tamen tributum relationi divirae aliquam imperfectionem, quia tunc non negamus de illa simpliciter, quod sit sapiens, sed solum quod sit adaequata sapientia, seu prout ratione distincta ab essentia. Ita non negamus de illa habitudine complete sumpta necessitatetu essendi, sed necessitatem adhucipotiam seu de illa prout ratione distincta ab essentia necessaria cum quis identificatur, quod potius indicat perfectionem Dei cum non identificatur necessitas [Fol. 65] et libertas, quibus ita necessario est ut tamen possit non esse adaequata quoac aliquas formalitates liberas, ad quas si esset necessitatus, esset nudo nimis perfectus.

In statib. 4. Illa formalitas saltem ut ratione distincta potuit non esse in Deo; ergo causatur realiter a voluntate divina: palec consequentia quia idem volitus creata causatur realiter a nostra voluntate, quia potest esse et non esse pro libera potestate nostra. Sed illa formalitas ut sic potest esse et non esse in Deo pro libera potestate ipsius Dei: ergo causatur realiter a voluntate divina. Respondetur iuxta dicta negando priorem consequentiam: et ad probationem distinguo maiorem, idem volitus creata causatur a nostra voluntate, quia pro libertate ipsius potest esse et non esse secundum aliquam formalitatem. nego. Similiter distinguo minorem, formalitas illa potest pro libertate Dei esse et non esse complete sumpta. nego minorem: potest esse et non esse incomplete sumpta. concedo minorem et negatur consequentia. Ratio autem est quia haec potestas et indifferentia Dei non est potentia physica neque ad aliquid extra se, sed ad se ipsum, habet enim vo-

nisi recurrente: cum Attubale ad varietatem intrinsecam actionis, per quam Deus operatur ad extrz, ita ut singulare actiones

luntas Dei propter suam infinitatem indifferentiam non quidem ut sit vel non sit, sed ut sit adaequate talis, vel talis, ex qua indifferentia non arguitur causalitas vel productio realis.

Instabis 5. Ista habitudo prout distinguitur virtualiter ab essentia potuit deesse ab essentia; ergo distinguitur ex natura rei ab essentia; separabilitas enim est signum distinctionis realis, vel saltem ex natura rei. Probatur consequentia, quia nihil esse potest sine se ipso; ergo illud sine quo aliquid potest esse, non est idem cum eo quod potest manere, alioqui maneret res sine se ipsa, quae est aperta contradictio. Haec difficultas, quae est omnium maxima in hac materia, videtur habere instantiam in primis auctis eos qui ponunt eandem volitionem necessariam nosse dare in Deo diversam denominationem et aliquem effectum formalem intrinsecum, quem potuit non dare; nam idem argumentum fieri potest de illo effectu formalis; sine illo enim potuit esse Deus; ergo ille effectus formalis distinguitur saltem ex natura rei ab essentia Dei. Dicunt potuisse esse [Fol. 65v] Deum sine illo quoad denominationem, non quoad entitatem.

Sed contra, ergo quoad ipsam denominationem distinguitur ex natura rei ab essentia Dei. Probatur consequentia, quia datur separabilitas inter haec duo, scilicet inter essentiam Dei et hunc effectum formalem quoad denominationem intrinsecam; ergo essentia Dei et iste effectus formalis non quoad denominationem intrinsecam distinguitur ex natura rei. Rursus idem argumentum omnino fit in materia Trinitatis, quia essentia divina prout distinguitur a paternitate potest esse in Filio sine paternitate; ergo distinguitur ex natura rei a paternitate. Probatur consequentia, quia nihil potest esse in aliquo supposito sine se ipso. Sed essentia potest esse in supposito Filii sine paternitate; ergo essentia non est idem realiter cum paternitate; tam enim repugnat aliquid esse alicubi sine se ipso, quam esse aliquando sine se ipso. Sic ergo non potest unquam essentia Dei esse sine omni eo quod potest cum ea identificari, sic etiam non poterit esse in aliquo supposito sine omni eo quod cum ea identificatur. Rursus tam repugnat aliquid produci sine se ipso, quam esse sine se ipso. Sed filatio

pér suam individualizationem, vel speciem habeant terminare taliter, vel taliter voluntatem Dei ad tale, vel tale obiectum. Ad **inconvenientia** vero allata contra illam doctrinam responderi poter-

producitur sine essentia; ergo essentia non est idem cum filiatione. Vides simile argumentum, ad quod omnes in illa materia debent respondere.

Respondetur autem distinguendo, nihil adaequate sumpta potest esse in aliquo supposito sine se ipso adaequate sumpta, concedo; nihil inadaequate sumptum potest esse in aliquo supposito sine se ipso inadaequate sumpto, nego. Essentia autem non est in Filio, adaequate sumpta, sed inadaequate secundum conceptum essentiae prout condistincta virtualiter a paternitate, sumpta autem hoc modo inadaequate potest communicari Filio sine aliquo quod inadaequate est idem cum ipsa essentia. Eodem modo responderi posset in nostra materia. Si Deus noluisset creare mundum, tunc essentia Dei esset sine hac habitudine ad mundum, distinguo, esset adaequate sumpta, nego; esset inadaequate prout condistincta virtualiter ab ista habitudine, quam nunc habet, concedo. Hoc autem non est contra identitatem realem, ut constat in exemplo essentiae et paternitatis. Illud ergo principium, quod separabilitas arguit distinctionem [Eol. 66] saltem ex natura rei dupliciter solet limitari: 1.º ut locum habeat in creatis non in Deo, nam in **creatis optimum argumentum** est si una res communicatur sine alia distingui inter se saltem modaliter, et ita debebit accipi illud principium apud *Aristotelem* 7. Topicorum c. 1. loco 5. et apud alios philosophos; in Deo tamen propter infinitam eius perfectionem et simplicitatem sicut potest esse una res, quae identificatur realiter cum tribus realiter distinctis, sic non possit eadem res reperiri in aliqua persona sine aliquo cum quo identificatur: ita respondet *Suarez* et limitat illud principium dis. 6. metaphys. sect. 2. n. 5.

Secundo potest illud principium accipi magis late ut locum habeat etiam in Deo: tunc autem sensus debet esse: ea quae possunt ita separari ut alterum etiam complete sumptum omnino non maneat distinguiri saltem modaliter, nihil enim potest manere sine se ipso. At vero nec in Trinitate nec in nostro casu datur ea separabilitas; nec enim possit esse essentia in Filiu absque eo

rit ad primum (inconveniens) admittendo actionem, qua productus fuit homo, habere aliquam supernaturalitatem per ordinem

quod in eo supposito sit vel communicetur paternitas prout ratione distinguitur ab essentia; non tamen absque eo quod ibi saltem inadaequata sit realiter entitas completa, quae est entitas paternitatis, quia ibi est entitas paternitatis secundum aliquod esse reale suum inadaequatum, scilicet secundum esse essentiae, licet non secundum totum suum esse reale adaequatum, ideoque non ita separantur, ut ubi datur essentia nullo modo detur entitas paternitatis complete sumptae. Similiter in nostro casu, haec essentia potuisse esse sine habitudine libera ad secundum prout virtualiter distincta, ab essentia, non tamen sine hac habitudine comperte sumpto; quia tunc etiam, ut supra vidi mus, existeret realiter haec entitas habitudinis non adaequate sed saltem inadaequata, scilicet secundum esse essentiae, quod inadaequata est esse huius habitudinis complete sumptae, ideoque numquam omnino possit realiter separari essentia et haec habitudo libera, si utraque complete accipiatur. Hoc ergo modo intellectum illud principium habet locum in Deo et creaturis propter contradictionem implicitam quam involvit.

Dies per hoc destrui conceptum identitatis realis, quip' enim est identitas nisi unum non posse esse sine alio [Fol. 66v] vel econtra; si ergo illae duas formalitates non ita se habent, quo modo sunt idem aut quid est esse idem? Respondeatur, formaliter loquendo esse idem non est inseparabilitas in duratione, quia personalitates divinae non possunt separari in duratione et tamen non sunt idem; immo in creatis ex his qui ponunt duplēm unionem inter materiam et formam, plerique dicunt non posse separari inter se licet distinguantur. Venientiam ergo est ad alium conceptum veriorem in quo consistat identitas realis prout abstracta a Deo et creaturis; hic autem conceptus videtur esse, quod ea sint idem realiter, quibus non quidem virtualiter sed realiter et complete sumptis convenienter realiter eadem praedicata; esse enim idem realiter est hoc esse realiter illud, ita ut quidquid convenit uni convenienter realiter alteri secum identificato. Sic tamen ut umerque terminus debeat accipi in singulari cum determinacione ultima proportionata prout excludit communitatem vel communitatem realem.

ad finem supernaturalem, ad quem creatur homo. In hoc vero non apparet inconveniens magni momenti, praesertim supponendo cum veriori sententia de facto ipsam productionem hominis praedestinati esse effectum pradestinationis.

Alia enim est praedicatio aequalis de aequali ut cum dico Petrus est hic homo, cuius sensus est nullum prorsus praedicatum posse tribui realiter Petro, quod non conveniat realiter huic homini; alia est praedicatio qua aliquid commune praedicatur de inferiori vel econtra, ut cum dico homo est animal; tunc enim non significo nullum praedicatum posse tribui animali, quod non conveniat homini; hoc enim esset falsum, quia de animali possem dicere esse equum, quod non possum dicere de homine. Sensus ergo est, nullum praedicatum posse realiter tribui animali prout subest certae determinationi, quod non possit realiter tribui homini, seu animal posse determinari ad eum statum in quo omnia praedicata realia hominis ei convenient, vel econtra. Utrumque genus praedicationis habet locum in Deo, nam praedicamus aequalis de aequali, quando dicimus iustitia est misericordia; praedicamus vero superius vel quasi superius de inferiori, cum dicimus paternitas est essentia, quia licet essentia divina sit terminus singularis, habet tamen communitatem realem, quae aequivalet in praedicatione termino communi, et ratione cuius non est aptum medium ad syllogismum extoritorum. In hac ergo praedicatione sensus est, essentiam prout [Fol. 67] subest alicui determinationi habere realiter omnia praedicata quae habet paternitas, et econtra; licet prout subest alteri determinationi habeat dicere ea praedicata realia, nam essentia est realiter Filius, paternitas autem non est realiter Filius, hoc tamen non obstat ad illam identitatem realem, quia identitas realis rationis communis vel quasi communis cum aliquo inferiori non excludit quod ratio communis habeat alia praedicata in aliis, sed solum exigit quod illa ratio communis possit subesse alicui determinationi in qua habeat omnia praedicata realia, quae convenient illi cum quo identificatur et econtra; et iste videtur formalissimus conceptus identitatis realis, qui sane reperitur inter essentiam divinam et habitudinem liberam, comparantur enim sicut aliquid commune cum aliquo determinato; nam essentia habet quamdam communitatem

Ad secundum inconveniens, quod sc. auxilium gratiae praevenientis efficacis esset talis entitatis, cum qua non posset coniungi disensus, negari potest sequela: non enim est necesse in ea

realem qua potest sibi realiter identificare disiunctive habitudines liberas oppositas; quare quando dicimus haec habitudo libera est essentia Dei, significamus essentiam, quae cum alia habitudine opposita possit habere aliquod praedicatum quod nullo modo potest realiter huic habitudini competere, posse tamen determinari haec habitudine, et dum est sub ea determinata non posse habere aliquod praedicatum reale, quid non competit realiter illi habitudini complete sumpta: et econtra nam sicut verum est dicere, haec essentia est ens necessarium, ita de illa habitudine complete sumpta est realiter verum quod sit ens necessarium inadaequate, et econtra de essentia complete sumpta est verum dicere quod sit ens liberum inadaequate realiter loquendo et ita de aliis praedicatis, et consequenter datur vera identitas realis inter essentiam et hanc habitudinem liberam.

Insubitis 6. ea quae seculi distinguuntur realiter nunquam possunt identificari, sed nunc nolitio mundi et essentia Dei distinguuntur; non enim est in Deo illa nolitio; ergo illa nolitio nunquam potuit esse idem cum Deo. Haec etiam obiectio videtur fieri in mysterio Trinitatis hoc modo: quae in aliquo supposito distinguuntur nullibi possunt esse idem; sed essentia et paternitas distinguuntur in Filio; ergo in supposito Filii non sunt idem; ergo nullibi possunt esse idem. In utroque syllogismo negatur minor [Fol. 67v] nunc enim in rigore loquendo non distinguitur positive a Deo nolitio mundi, nam si comparatio fiat inter nolitionem mundi formaliter sumptam et essentiam formaliter sumptam et incomplete, illa quidem nolitio ut sic cum nunc non sit non potest nunc positive distingui, distinctio enim actualis non datur nisi inter ea quae actu sunt.

Dices, licet nunc non distinguatur positive ab essentia, quia nunc non est illa nolitio formaliter sumpta, tamen nunc non est idem cum essentia; ergo nunquam potuit esse idem. Respondeatur illam nolitionem nunquam potuisse esse idem cum essentia determinata per voluntatem mundi, qualis nunc datur, sicut nec paternitas potest esse idem cum essentia prout in Filio, potuisset

Sententia admittere, ipsam actionem, qua fit, auxilium gratiae immediate praecedens consensum habere intrinsece illum respectum ad efficaciam: satis enim est, si Deus per aliam actionem

tamen esse idem cum essentia determinata per ipsam nolitionem, quare sicut non bene arguitur, paternitas non est idem cum essentia in Filio; ergo nullibi potest esse idem cum essentia; ita nec in praesenti potest argui.

Dices, ego comparo nolitionem mundi cum essentia Dei non prout affecta per volitionem oppositam, sed cum essentia secundum se, et de hoc verum est, quod nunc non est idem cum illa nolitione; ergo haec essentia secundum se nunquam potuit esse idem cum illa nolitione etiam specificative. Respondetur eamdem comparationem: sieri posse inter paternitatem et essentiam secundum se, de quibus etiam verum est quod in persona Filii non identificantur, licet identificantur in persona Patris; quare utroque negatur consequentia, quia non valet cum loquimur de termino communis et de alio determinato, sicut non valet animal in equo non est idem cum rationali; ergo nunquam est idem cum rationali. Ita non valet essentia in filio non est pater, ergo in nulla persona est pater. Ita nec valet essentia nunc non est nolitia mundi; ergo nunquam potuit esse nolitus mundi. Ratio est eadem in omnibus, quia terminus qui formaliter vel aequivalenter est communis aequivalet multis, unde potest ut aequivalet uni, non identificari cum aliquo singulari cum quo identificatur ut aequivalet alteri; essentia ergo divina habet hanc extinctoriam realem non solum respectu personalitatis, sed etiam respectu voluntatis de obiectis oppositis. Quare potest dum est cum volitione non esse idem cum nolitione cum qua presset esse idem si [Fid. 68] esset sine volitione; quod ut apparet minus difficile, singo personalitates divinas non esse singulas ubique, sed sicut habent oppositionem in ordine ad subsistendum, ita habere etiam oppositionem in ordine ad praesentiam localem; atque adeo Patrem esse in coelo, Filium in aere, Spiritum S. in aqua, essentiam vero ubique. Tunc sane non bene argueretur, essentia non est paternitas in aere, ergo nullibi est idem cum paternitate. Transfer hoc ipsum ad durationem, non enim videtur esse magis difficile in praesentia durationis, quam in praesentia locali; sed sicut tunc

ineluctabilem, v. g. per illum, ipaa ex instantie conservat substantiam hominis (nam in mea sententia actio conservativa est successiva, et divisibilis) conservet ex intentione effleari consensus; quae actio terminare potest voluntatem Dei per modum imperii, ad

non bene argueretur, essentia hic non est Pater. Ergo nullibi esse potest Pater; sic etiam videtur non bene argui, essentia nuncior est nuditio mundi; ergo nunguani potuit esse nuditio mundi; utriusque enim constat communitas realis essentiae, qua potest propter suam infinitatem identificare sibi formalitates oppositas inter se. Quare aliqui theologi, qui magis exacte explicaverunt in materia de Trinitate officium illius distinctionis virtualis, quae datur inter essentiam et personalitatem divinas, concedunt, quod si alia similes distinctio daretur in creatis inter duas formalitates realiter identificatas sufficeret ut posset una existere non existente alia, dummodo quando utraque existeret identificarentur. Unde nullum est quemdam recentiorem loquentem de actibus liberis indubitate docere esse uniuersum inpercibibile fieri additionem formalitatis liberae quae non sit realiter, sed virtualiter distincta, cum tamen ipsem in materia de Trinitate expresse fatentur, quod si natura humana haberet similem distinctionem virtuali a sua subsistentia, qualis habet divina a sua, non te pugnaret existere nullum humananum non existente sua subsistentia, neque ex hoc argueretur distinctio realis vel ex natura rei.

In statibus 7. si Dens nolisset creare in omnium haberet aliquam habitudinem intrinsecam identificationem, quam nunc non habet; ergo haberet aliquid esse quod nunc non habet; ergo non esset idem Deus qui modo est, sed aliis. Respondetur distinguendo, non esset idem quoad necessaria, nego, haec enim essent omnino eadem; non esset idem quoad habitudinem liberam, concedo; quare in rigore neganda est illa propositio. non esse idem Deus, 1.^a quia est negativa, et significat nullo modo fuisse eundem, quod est falsum. 2.^a quia [Vol. 68v] nomen Dens est nomen solius essentiae, essentia autem esset omnino eadem licet habitudo libera non fuisset eadem, sicut in Patre est idem Deus qui est Filius, licet essentia ita patre sit pater, in Filio autem essentia non est pater sed Filius.

Dices ergo sicut ratione personalitatis adiunctae verum est

quod sequatur alia actio, seu predictio auxiliij proximi gratiae praevenientis: quae actio intrinsecè non habet respectum ad illam intentionem [P. 310] efficacem Dei, sed solùm extrinsecè, sicut actus

dicere de illa entitate Patris Pater realiter non est Filius, licet sit eadem essentia utraque, ita etiam ratione illius habitudinis libere quam tunc haberet, et nunc non habet Deus, verum erit dicere de illo toto quod tunc esset comparate ad hoc totum quod nunc est, ille Deus non esset iste, qui nunc est. Respondetur negando sequelam, quia ad hoc ut unum possit negari de alio non sufficit quod addat aliquid supra illud, nam dulce addit aliquid supra album, et tamen loquendo de lacte falsum est album non esse dulce: requiritur ergo duplex alia conditio, scilicet quod illud quod additur, significetur vel explicetur formaliter per illud nomen et rursus quod importetur in recto. Ideo verum est dicere, Pater non est Filius, quia scilicet illud per quod distinguuntur personalitas significata formaliter per nomen Patris [sic] et importatur in recto ut explicui *disp. 23. de Incarnatione*⁵⁴, et in praesenti deficit utraque conditio, una per nomen Deus non explicatur formaliter volitio libera mundi, neque importatur in recto, sed ut adiacens supposito diverso, ideo non possumus dicere, ille Deus non esset iste Deus, licet in abstracto possit dici, illa nolitio non esset ista volitio, neque illud esse totum esset idem quoad libera quod nunc est, sed scilicet quoad necessaria, accipiendo latius esse prout extenditur ad significandam etiam habitudinem.

Instabis 8. illa habitudo prout virtualiter distincta ab essentia est ens a se, ergo est ens necessarium; ergo numquam potuit non esse. Probatur consequentia, quia ideo Deus est ens summe necessarium in existendo, quia est ens a se, et omne id quod existit a se non potest habere rationem non existendi. Respondetur distinguendo consequens, est ens necessarium per identitatem, concedo, formaliter secundum illam formalitatem, nego. Ad probationem dici potest omne ens a se realiter loquendo esse ens necessarium, non tamen omnem formalitatem, quae est ens a se, debere esse formaliter [Vol. 69] necessarium; bene igitur pro-

54 L. c. s. 2. d. 45. p. 342; s. 3. n. 75. p. 325; s. 6. n. 132. p. 362.

imperatus nam respectu intrinsecus, sed solum extrinsecus finem actus imperantis. Hic autem pacto salvatur sufficienter libertas nostra, ad quam sufficit posse coniungere dissensum cum illis, quia intelligi-

batur Deum esse ens necessarium quia est ens a se, licet non bene projectetur de hac formalitate esse formaliter necessarium quia est ens a se. Ratio discriminis est, quia si essentia Dei potuisset non esse, deberet hoc reduci in libertatem vel ipsius Dei, vel anterioris; non alterius, quia essentia Dei est ens a se et non pendet ab alio; non item in libertate ipsius Dei, quia iam deberet Deus supponi virtualiter cognoscens illud obiectum ut possit illud velle vel nolle; ergo iam supponitur Deus existens, non ergo potest Deus esse indifferens ut sit vel non sit. Hoc autem argumentum non procedit de illa formalitate libera, quia licet sit ens a se et non pendeat ab alio, tamen Deus pro sua libertate praeintelligitur potens identificare sibi illam formalitatem et habitudinem liberam ad creaturas vel habitudinem oppositam. Ex quo etiam ortur quod indifferencia quam haberet Deus ad essendum vel non essendum foret magna imperfectio, quia eo ipso esset contingens, et incerta eius beatitudo et perfectio; at vero indifferencia ad hanc habitudinem vel oppositam, non est imperfectio, sed magna perfectio, quia compatitur secum necessitatem ad essendum, nec ideo exponitur periculo carendi aliqua perfectione, ut postea videbimus; quare ex eo quod haec habitudo sit ens a se, non arguitur illam formaliter loquendo debere esse necessariam sicut arguitur in essentia divina.

Instabit 9. omne illud quod potuit non esse Deus, debet esse creatura; ergo illa formalitas seu habitudo libera quae potuit non esse Deus, debet esse creatura. Antecedens probatur, quia ex eo Ariani arguebant Verbum non esse Deum, sed creaturam, quia potuisset Deus non generare Filium; econtra vero SS PF. ut defenderent Filii divinitatem negabant Filium potuisse non generari ut patet ex *Concilio Toletano XI*⁵⁵ in confessione fidei, et *Augustino*⁵⁶ 15. de Trinitate cap. 20 et *S. Thoma* q. 42 art. 2. ergo supponebant non esse Deum quidquid potuit non esse Deus. Respondeatur in primis haereticos non solum supposuisse Filium

55. Cf. MARSL. *Supradictio... I* II, (Florentiae 1755) cc. 123s.

56. MT. 42, col. 168s.

guntur in actu primo proximo. Nec non posset coniungi cum aliquo principio remoto, ut constat in ipsa intentione inefficaci Dei, etiam si sit adaequata intrinseca Deo: cum ea enim non potest coniungi dissensus, et tamen non laedit libertatem, ut videlicum in infra disputatione sequent.

Ad secundam impugnationem eiusdem doctrinæ desumptam ex eo, quod Deus posset aliisque ulla varietate ex parte obiecti velle non creare mundum ex tali fine, vel propter alium finem diversum, quac' universitas cum non sit extrinseca, debet esse intrinse-

contigenter esse, sed esse factum et creatum libere a Deo, ex quo bene inferebant non esse Deum, quare contra ipso anathema dictum est his verbis: si quis voluntate Dei tamquam unum aliquid de creaturis Filium factum dicat, anathema sit, ut ex [Fol. 69v] Hilario refert *S. Thomas* ubi s.^r. Deinde etiamsi solum diccerent Filium habere esse liberum a Deo, sequeretur bene non esse Deum; omne enim quod habet esse libere vel est volitio, vel est obiectum aliquius volitionis liberæ; Filius autem ut Filius non est volitio sed Verbum; ergo debet esse liber per modum obiecti voliti; ex hoc autem sequitur non esse Deum, quia obiectum quod potest libere amari et non amari habet bonitatem finitam; si ergo Filius potuit non amari, non habet bonitatem infinitam, sed finitam. Haec autem ratio non procedit in volitione libera, quia licet ipsa non habeat in se rationem mali, potest esse libera propter habitudinem quam habet ab obiecto in quo apparere potest aliquid mali, atque adeo in volitione non bene arguitur ipsam non esse Deum ex eo quod ipsa formalitas potuerit non esse.

Dices, ergo de Spiritu S. non bene probaretur esse Deum, licet quis dicceret potuisse non esse Spiritum S. Probatur sequela, quia processio Spiritus S. est per voluntatem; ergo sicut volitio libera est Deus licet potuerit non esse, ita potuisset aliquis dicere Spiritum S. esse Deum licet potuerit non procedere. Respondeatur negandi sequelam; ad prelationem dic: potest nam omnia quae sunt illicitive a voluntate divina posse esse libera, sed ea solum quae sunt in ordine ad obiectum creatum; quare si Spiritus S. procederet libere sequeretur non esse Deum, quia non esset liber ex parte obiecti, cum non oriaretur ex amore divitiae essentiae, immo sit ipse amor notionalis, quo se diligunt Pater et Filius,

et Deo: P. Ille rice in praesenti disp. 17 [c. 2] n. 22⁵⁷ et [c. 4] n. 83⁵⁸ dicit, sicut in productione rei positivae datur varietas ratione diversae actionis, sic in negatione dari varietatem ratione diversae privationis, quia contraponetur privatio diversae ead salitati positivae, qua illa res produci posset. Sed contra hoc est, quod quando aliquid non producitur non solum ponitur private minus actionis, sed omnium, quibus res illa produci potuisse; ergo ex illa privatione actionis non magis arguitur, negationem fuisse ex hoc fine, quam ex illo.

Melius ergo responderi poterit duplicitate, etiam tuum apparet aliquam varietatem ex parte obiecti, non quidem absolutam, sed talam conditionatam; scilicet, si per possibile, 1P. 311] vel

non oriretur eius indifferentia ex eo quo in obiecto non esset voluntas infinita: erit debet oriri ex imperfectione ipsius amoris. Hac ratione probat S. Thomas q. 41, art.⁵⁹ 2, ad 3, quomodo Spiritus S. sit necessarius licet procedat per voluntatem, quia scilicet Spiritus S. procedit ut maior in quantum Dens amat se ipsum, Deus iusti naturaliter amat se ipsum, sed circa alia a se voluntas Dei indifferenter se babet. Bene ergo probaretur Spiritum S. non esse Deum, si non esset necessarius, licet hoc non prohetur de omni actione Dei voluntatis.

Instabili 10, ex hac doctrina sequi Deum non esse actum purum quoad omnia quae includit, nam respectu nolitionis [Fol. 70] mundi, quam possit intrinsecè habere, et nunc non habet, videtur esse in potentia. Item in ea habitudine libera non est idem esse ac posse esse. Denique ex hoc etiam fit, Deum nunc habere veram privationem earum habitudinum quas posset habere et non habet. Respondetur negacione sequentia: pro quo adverte actum et potentiam esse correlativa, ideoque actum purum excludere omnem potentiam, potentia autem semper est ad aliquid distinctum, nulla cuius est vera potentia ad se ipsum, ut ex Aristotele et aliis probat Gilius⁶⁰ 1, p. lib. 2, tract. 1, c. 10., ubi etiam n.⁶¹ 8, bene defi-

57. P. 3092

58. P. 328.

59. CIRIST. GILIOUS. *Commentationes Theologicae de Actu Dei et Potentia atque auctoritate Dei*, Lib. Dom. (Celsiane Agrippinae 1601), 1. 2, tract. 1, c. 10. n. 8, p. 468.

per impossibile Deus non cognosceret tale motivum, vellet crea-
re Mundum, quem nunc non vult creare; quae conditionalis fa-
